Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift



tigit autem dum ire pararent domum illorum cum omnibus
que infra illam erant rebus igne cremari. Cumque con
sumptis omnibus flamma cessante sopitum fuisset incen
dium cepertum inter fauillarum cumulos ferramentorum
reliquias queritare. Et ecce inueniunt mirum
dictu ceram pallula inuolutam inter cineres carbo
nes nihilque in eis lesionis apparuit. cum ipsam arcam
et quicquid aliud in illa repositum erat penitus con
sumpsisset incendium. Uiso igitur tante uirtutis
miraculo benedixerunt deo et iterum quod disposuerunt
peregerunt. Et narrantes fratribus que gesta fuerant
obtulerunt donarium quod huic uoto consecratum in
supremis non poterat perire periculis. Seruate sunt autem ibi
eedem res in testimonium post futuris usque ad tempora
othmari abbatis. .VII.

Neque illud silencio preterea eundem uidetur quod in supra
dicto pago temporibus pippini regis contigisse refertur.
Uidam uir nomine willimarus gratu infirmitate
depressus. sub uoto promisit se equum unum duosque
boues si pristine restitueretur sanitati ad ecclesiam
beati galli donaturum. Cumque ex illa die confortaretur
et plenam recepisset sospitatem contigit ut cum
berbit lone domino suo causa orationis ad cellam sci
uiri eodem uectus equo ueniret. Igitur cum post orationem
omnes illi qui simul aduenerant digressi mox longe
essent ab ecclesia equus quem sponsor infidelis post quam